

# MICROLOGVS

## DE ECCLESIASTICIS

OBSERVATIONIBVS.

*Opusculum ante annos propè quingentos conscri-  
ptum ab homine antiquitatis Ecclesiastice stu-  
diosissimo ,nunc primum vero integrum in lucem  
editum,*

Opera Iacobi Pamelij Brugensis  
S.Theol.Licent.



ANTVERPIÆ.

Ex officina Christophori Plantini.  
cl. 15. lxxv.

MICROLOGIUM  
DE ECCLESIASTICIS  
OBSERVATIONIBUS

Summa priuilegij.

REGIS Priuilegio cautum est, ne quis, citra  
Christophori Plantini voluntatem, opusculum  
cui titulus, Micrologus De Ecclesiasticis obser-  
uationibus, nunc primum opera Iacobi Pamelij  
Brugensis S. Theol. Licent. in lucem editum  
intra sexennium imprimat aut alicubi impressum  
importet, vænalemue habeat. Qui secus faxit,  
cōfiscationis libroru, & vnius floreni in quem-  
cumque librum pœna multabitur ut latius in  
Regio Diplomate expressum est, dato Bruxellæ.  
Januarij. 1564.

Signat. De la Torre

IACOBVS PAME-  
LIVS BRVGENSIS  
LECTORI CANDIDO. s.

**D**VM totus sum in conqui-  
rendis undequaque libris  
Rabani Mauri Archiepi-  
scopi Moguntini, viri citra  
dubitatem omnem eruditiss. ac in sa-  
crarum litterarum expositione versatiss.  
(quippe qui exactissimum in uniuersa  
Biblia sacra commentarium è veterum  
Theologorum monumentis collegerit) ad  
nos missus est è bibliotheca Septē fontiū  
Rabani titulo Micrologus de ecclesiasti-  
cis obseruationibus. Quem ubi primum  
inspexi, ac ex ipsis capitum titulis to-  
tius operis argumentum didici: mirum  
quantopere eo thesauro inuento sim ga-  
uisus, praesertim quod spes certa afful-  
geret, posse me suo iam tandem auctori

A 2 librum

# MICROLOGVS<sup>17</sup>

DE ECCLESIASTICIS  
OBSERVATIONIBVS.

5

*De introitu Missæ,*

CAP. I.

**P**RESBYTER, cum se parat ad missam, iuxta Romanā consuetudinem decantat psalmos, **Quam dilecta, Be nedixisti, Inclina domine,** Credidi: Deinde, **κύριε ἐλέησον,** Pater no ster, cum precibus & oratione pro peccatis, videlicet ut intus & exterius summo sacerdoti placere valeat: quem cū sacra tissima oblatione, sibi, omnibusque Christianis placare desiderat. Paratus autem intrat ad altare, & facit confessionē; quia scriptum est: **Sapiens accusator est sui in principio.** & antiquæ legis sacerdotes pri mūm pro se, dcinde pro populo offerre soliti erant. Interim cantatur Antiphona ad Introitum, quæ ab introitu sacerdotis ad altare hoc nomen meruit habere. Hanc ad introitum dici, Cælestinus Papa in ordine quadragesimus quintus

Confessio sacerdotis cur insti tuta.  
Proverb. 11.

B insti-